



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

De dispositione pecuniæ à Religioso nomine alieno vel nomine Testatoris
facta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

At vero, peccantne hi accipientes altem ex eo
ex hijs qui cooperantur cum peccato dantis? Respon-
de hoc, qd. hi inducant: vel excitent dantem, peccare. Ita de
serlis, *1. Reg. 16. feli. 2. num. 49. & 50.* quia sic sunt causa peccati
negotio dantis: hi sine inductione solum acceptent ea, qua
aliquid dantis, non peccare, quia nunc non sunt pecca-
Vox uti, *1. Reg. 16. feli. 2. num. 49. & 50.* quia sic sunt causa peccati

ta est uxori

. IV. De

3 Hæc igitur omnia per se contra paupertatem sunt : Solum rigor est temperandus ex eo , quod multa ex his fieri solent per tacitam, vel præsumptam Superioris voluntatem iuxta cuiuslibet religionis consuetudines. Legem citatos.

De dispositione pecunie à Religioso nomine alieno, vel nomine Testatoris facta.

Responde: Si Religioſus caſa pecunias ſine licenti
acceptis, ut ſibi donatas, non licere, nimis eſt certum.
At, ſi non ita; quate totum dominium remaneat in Do-
mino, licere abſolute docet Sanchez *l. 7. q. 1. de cap. 3. p. 5.*
n. 4. alique apud Dian. *p. 2. r. de paup. Rel. vel. io.* qui
tunc nec dominium uſurpat Religioſus, ut ſupponimus
nec uſum: cum pro fe illum non uſurpet. Non licet
docet Rodriguez, *in exerc. ſpir. i. part. 3. tract. 3. cap. 1.*
Laym. d. 4. r. 3. cap. 7. n. 26. Tur. 2. d. 8. q. 1. dub. 8. quia ipſi
diligenter conſervant quando eſt in ſua religioſa vel ipſi

opera liberè à Religioſo eligenda; pretio eſt æſtimabi-
lis, ac propterea pauperiſſimè contraria. Diſtingue deni-
que de Lugo t. 1. d. 2. ſ. 3. n. 53. § 4. Si enim diſtribu-
tio, ait, fiat in commoditatem ipſius Religioſi, ut ſcilicet
is poſſit dare, vel donare aliis ſicuti li habetor bono
propria, non licere, quia tunc uſum pecunie indepen-
denter à Superiore ſurſum. At ſi ſincere, & bona ſci-
licet diſtribui

distributio acceptetur, fieri, vt cum fidelitate distribuatur pecunia, licere, quia tunc nihil sibi usurpat Religiosus.

5. Ego sic breuiter ratiocinor: Paupertatis votum non me prohibet acceptate, vel pro altero prestare ea omnia, quæ pretio sunt æstimabilia: patet, quia sepe peccaret in paupertatem Religiosus, associando amicis, illique Officia, & Beneficia impetrando, Honores pro se acceptando, pro aliis apud Principem intercedendo, & similia, quæ maxime sunt pretio æstimabilia. Illa igitur dumtaxat Paupertatis Votum prohibent, quæ ita sunt pretio æstimabilia, vt æquivalent pecuniis, seu bonis temporalibus, & externis, qualia sunt, quæ solent in convictu hominum ex se pretio comparari, & simul pertinent ad ipsa temporalia bona, seu clariora, quæ si excrescerent, constituerent hominem diuitem, & non indigentem. Audi S. Bonaventuram apud Faust. mox citandum: *Paupertas est Virtus temporalium abdicativa bonorum, quæ quis nil proprium gerens, sustentatur de non suo*; Quem locum afferens Faust. in Theol. relig. l. 8. quæst. 12. (vide eum quæst. 18.) definiendo Votum Paupertatis, sic concludit: *Vnde Paupertas (religiosa) nihil aliud significat, quam parvam substantiam, siue pecuniam; exiguum patrimonium, penuriam rerum & modicas facultates*. Idem docuit modò ipse de Lugo num. 1. allatus. Hoc supposito, clarè videtur consequi Sanchez sententiam esse absolutè veram: esto enim, illa distributio pretio sit æstimabilis, non est ejus generis, quod tendit ad hominem ditandum, nisi fortè fiat palliat, vt verè hoc medio distat Religiosus, quod vix in praxi contingit. Contingeret tamen, quando iis pecuniis Religiosus aleret, v. g. pauperem, quem pro suo seruo habeat, vel quid simile. At illa sola commoditas imbibita in ipsa distributione (placet enim homini habere à se dependentes pauperes, vel Rectores Ecclesiarum, vel operum piorum Praefectos, &c. vt in occasionibus ab iis invicem Religiosus Beneficia recipiat) illa, inquam, commoditas non est contra paupertatem.

6. Si pecunia distribuenda, modo dicto, à Testatore relinquatur, cum debeat Religiosus tunc esse executor testamenti, *An sacris Canonibus prohibeatur*. Quæstio est aliena ab hoc loco. Dic tamen breuiter non prohiberi ex licentia Superioris, sine licentia prohiberi; Et quamvis ex probabiliori opinione Sanchez, l. 6. in dec. c. 11. n. 2. & Cast. Pal. t. 3. tr. 16. d. 4. p. 23. §. 1. n. 8. contra Molinam t. 1. d. 247. validè Religiosus acceptor executoris testamenti, validèque ministret, tamen cum peccare mortaliter, si id faciat sine licentia, quia prohibitio hæc est de re gravi, docet Sanchez, *ibidem* num. 18. de quo mox num. 8. licentiam autem hanc posse concedi à quolibet Superiore locali, nec necessariò à Provinciali, vel Generali docent eundem: solum excipiunt Societatem nostram, quia ejus Constitutiones hanc licentiam reservant Generali. Sed de Lugo t. 2. de just. 14. de Test. sec. 16. num. 326. satis probabiliter concedit, posse etiam in Societate validè concedi à Superioribus localibus: solumque contra Regulam, & Constitutionem illam, quæ ad mortale non obligat, faceret Superior localis, si concederet. Cum ergo nostri locales Superiores habeant potestatem dispensandi in omnibus regulis, pari modo poterunt & in hac, quando id discreta prudentia distaret.

7. Onus nominandi, seu eligendi pauperes, vel loca pia, quibus hæres Testatoris, vel alij pecuniam deinde ex præscripto dicti Testatoris distribuatur, posse suscipi sine licentia, probabilissimè docet Castro Palaus l. c. num. 12. contra Sanchez, l. c. num. 34. Ratio est, quia nominare, seu eligere non est exequi voluntatem testatoris, quod est Religiosus solum prohibitum: sed est quid antecedens ad executionem, quæ executio consistit in pecuniæ distributione. Confirmatur, quia dum Religiosus nominat ex sua libertate, suam facit voluntatem, non Testatoris, ergo per illam solam no-

minationem voluntatem Testatoris non exequitur. 8. Denique illud, quod sentit Sanchez, peccatum taliter à Religioso, si acceptat, excreatque sua licentia ejusmodi Officium, sic tempero: Ut esse licitum possit executori testamenti universalis in eo testamento seu quacunque ultima voluntate, in qua multa sunt protrahenda, multa bona vendenda, multa agenda, quæ non congruunt Religioso (id quod testator an sit mortale, quando negotia non sunt gravissima, & Religioso, Religionemque infamantia, vel nociva cernere.) At verò, si gravis indigentia adsit, ac res sint pauca, modicè scilicet avertentia Religioso cultu divino, vt, v. g. si Missæ essent ad voluntatem testatoris, vel pecuniæ ad opera pia distribuenda, suadere mihi neque peccatum mortale committitur. Ratio est, Primò, quia facillè Superioris tacitam licentia in rebus his, præsertim piis, adesse censendum est, pactò, ne venialis quidem culpa committitur. Secundo, quia tunc ejusmodi executio non valde Religiosum abducceret ab applicatione ad Divina, id quod indunt in prædicta prohibitione sacre leges. Tertio, video sine scrupulo Religiosos iis distributionibus, vel parvæ occupationis intermisceri, unde apparet, his sacros illos textus non esse usu receptos, vel esse abrogatos. Quarto denique, quia hæc, cum odiosa prohibitio, non est extendenda, sed restricta ad executorem universalem, ac propriè, & absolute dictum Executorem, non verò ad eum, qui unius alteram Testatoris dispositionem executioni mandam curat.

De Religioso invitato ad convivium, & de acceptatione comestibilis à seculari.

9. Ex eo capite, quod paupertas negat Religiosum independentem rei temporalis, qui sit in ipsum Religiosum commodum, colligit de Lugo t. 1. de just. d. 1. à num. 51. invitatum ad convivium posse, præsertim si mino, etiam pretiosa quæque comedere sine Superioris licentia; quia tunc passivè potius se habet Religiosus, quam activè; nam tunc Dominus consumit res comestibiles per os Religiosum. Quare sicuti, si gemma pretiosa in mase projiceret Religiosus, ita Dominus volente, vel si aromata pretiosa combureret, præsertim Dominus ex ejus iussu; non peccaret contra paupertatem, quia nomine alieno projiceret, & combureret, ipse Religiosus odorem sentiat ex aromatibus combustis, vel deædationem ex gemma projecta suscipiat. In casu convivij. Addit, non ita rem se habere; si res pretiosas, etiam comestibiles, secularis ad Religiosum intart, ipseque acceptet, consumatque; nam peccabit, acceptando, & consumendo: quia in suum commodum consumit, activèque se habet, non passivè tantum, ut commodum Domini.

10. Hæc doctrina, pace tanti viri, mihi amplexu quaquam sedet. Primò, quia Conviva non se passivè solum habet, & in commodum dumtaxat Domini, sed etiam activè, etiam habet, (dum consumit) & in commodum suum: Qua parte ergo in suum commodum agit, contra paupertatem peccabit. Secundo, quia Religiosus, qui sine licentia acceptat res comestibiles pretio æstimabiles, peccat contra Votum, (ut pro eo omnes supponimus) at quidnam est acceptare res comestibiles, si non est illud, quo quis eas se ipsi commedit? Id certè esse tacitam, immo per ipsum factam expressam acceptationem, quis negabit? Tertio, distamen latum est inter gemmæ illius projectionem, illarumve aromatum combustionem, & inter calum nostrum; nam illa fieri possunt sine ulla acceptatione gemmæ, vel aromatum: at frui esculentis, & potibus sine acceptatione, quæ convivio quis accomodat, cibos sibi dividere, ad os applicare consentiat, humanè more non potest. Adde Convivam non uti his speciebus, sed more humano comedit cibos appropinquat.